



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

166. Fer. 6. Quomodo orandus Deus, ut nos sibi magis uniat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

mel, aut cibus suavissimus palatum inescat
& insatiabili, quem fames & sitis iustitiæ ad
majora desideria provocent, ita. ut nihil me
satiat, nisi ille: nihil delectet, nisi ille: ipsum
in omnibus quæram, & tunc magis expectam,
cùm aliquid ejus apprehendero.

5. Diligere Deum amore libero, hostes
contemnendo, omnia magna spiritûs liber-
tate perficiendo.

6. Diligere Deum amore incontamina-
bili, quo, quidquid est in mundo concupi-
scentiæ, &c. abijciam, & me à seculo incon-
taminatum custodiam.

7. Diligere Deum amore insuperabili,
nullis cedendo adversantibus, & cum Paulo
dicendo: *Quis me separabit?* quo non solum
hosti resistam, eumque contemnam: sed quasi
unum quid cum Deo efficiar, ita ut hostem
non sentiam: juxta quos septem gradus or-
dinabo Orationem Dominicam.

MEDITATIO CLXVI.

Feria 6. Dom. infra Octav. Ascens.

*Quomodo orandus DEVS, ut nos
sibi magis uniat*

Collocabo me inter Cherubinos clarita-
te luminis divina mysteria perspicientes.
Ezech 1. Petam, quomodo orandus Deus,
ut nos sibi magis uniat, *Conf.*

m inescar
iustitiae ad
ut nihil me
ille: ipsum
s experam,
ero, hostes
icūs liber.
neamina.
concupi-
ilo incon.
uperabili,
um Paulo
non solum
: sed quasi
ut hostem
gradus or-
L.
Ascens,
ue nos
os clarita-
pientes,
dus Deus,
Conf.

Conf. Septem gradus medios amoris Dei.
1. Desiderare magnâ humilitate & devotione
amore vulnerari, inspirationibusque divinis
ab omni creatura dividi,

2. Postulare amore ligari, ita, ut nec ad
momentum à præsentia Dei exeam, ut o-
mnes eventus, incitamenta amoris habeam.

3. Petere amore languere, ita, ut hic
languor ad secularia me inidoneum reddat,
Deo tamen vivere faciat.

4. Petere amore insatiabilem effici, sic, ut
nihil, quod egerim, passusve pro Deo fuerim,
mihi satisfaciat. Amorem omnium cose-
strum, & terrestrium expetam, ut eo Deum
diligam, & salutem proximi quæram, qui
mecum amet tam bonum Deum.

5. Petere dolorem de omnibus peccatis,
proprijs, & alienis, magnis, parvis, præsenti-
bus, præteritis, & futuris, quia Deo displicent
& tam amabilis Gubernatoris legem infrin-
guant, ejus voluntati contradicunt.

6. Petere exuri in hoc igne dilectionis o-
mnem dissimilitudinem Dei, vitia, imperfe-
ctiones, inordinatas passiones, sensuum ad
terrena propensionem, omnem animi impa-
tientiam, ac perturbationem. Hæc in unum
fascem collecta suspirijs, & gemitibus, & con-
tritione cordis in illum ignem, ut consu-
mantur, projiciam.



7. Petere amore Dei, totum converti ita, ut, si tentationum mala Sanctorum Corpora sic affligerunt foeditatibus suis, ut ignem applicitum non senserint, ut contigit B. Angelæ; ita amore Dei inflammer, ut ignis materialis mihi frigere potius videatur, quam urere, quod contigit S. Catharinæ Senensi, & S. Tiburtio, cui prunæ rosæ videbantur, juxta quos gradus ordinabo Orationem Dominicam.

MEDITATIO CLXVII.

Vigilia Pentecostes.

*Quomodo orandus DEVS, ut nos sibi
uniat ex toto*

Collocabo me inter Seraphinos ardore amoris amicitia Dei proximos. *Isai. 6.*
Petam ex toto baptizari Spiritu sancto.

Conf. Septem gradus supremi amoris Dei.
1. Petere amorem semper mobilem, qui nunquam ab amando quiescat, nec ad inferiora defluat, nisi, ut homines ad Deum reducat.

2. Petere amorem incessabilem, qui modum divini amoris habeat, ut sine modo & mensura Deum diligat, & absque ullo termino magis ac magis crescat. Singulis momentis nova beneficia accipio, fomenta amoris.

3. Petere amorem acutum, quo Deum
presen.